ATHA-DAH-FURR-001-003

Año 1637.

IN DEI NOMINE AMEN

Nouerint Vniuersi Et singuli præsentis publica instrumenti seriem inspecturi quod anno a nno a natiuitate Domini millesimo sexcentesimo trigesimo septamo hora decima ante meridiem sabato die quarta Mensis Aprilis, In Ciuitate Vallisoletana in mei Notarij publici Vniuersitatis Studij generalis secretarij testium que infra scriptorum presentia personaliter constitutus discretus vir, CABRIEL D VYDOBRO oppidi Santa Olalla Burgensis diœcessis ;; In iure pontificio Studens cupiens Et affectans post multa temporum curricula quibus in eodem iure indefesse insudauit cursibus suis quinque peractis lectionibus quelectis ad Bachalaureatus gradum merito sublimari in scholis maioribus dicti Studij sub disciplina egregij et grauissimi Viri Doctoris Didaci Gonçalez de Bonilla Cathedram primariam Canonum meritissime tenentis et in eadem facultate decani prius petitione facta ipsi Doctori per dictum bachalaureandum (vt moris est in dicto Studio) coram multis huiusmodi actum decorantibus gradum a predicto Doctore recepit Et assumpsit Et de eius licentia Cathedram reuerenter ascendit actus que Bachalureatus publice secut atque laudabiliter exercuit, In quorum fidem prafatus Bachalaureus petiit Et requisiuit per me infra scriptum Notarium Et secretarium sibi dari præsens publicum instrumentum presentibus ibidem testibus discretis Viris Christoforo Parcero Fra de Bezerril Et alijs multis nec non D. Antonio Ruiz de Mercado eiusdem Vniuersitatis Bedello = Et ego [illegible] Notarius publicus Et [illegible] Regius [illegible] Romano Sanctorum Apostolorum quidem [illegible] Et [illegible] Et [illegible] Et [illegible]

Título de Bl en Canones dado á D Gabriel Auctobro, natural de Santa Olalla, por la Vniversidad de Valladolid